

ali[a] penitus relegata, virum sanctissimum fratrem / P. de Morrono, de ordine sancti Benedicti, qui de regno / Sicilie oriund[us] longo tempore stetit in heremo apud Montem / Magelli prope Sulmonem, ubi se redidit invisibilem gentibus / ne ipsius visio, quam elevabat continue in excelso, posset / visione hominum impediri, hodie V^o die iunii²⁶⁾ in summum pon/tificem elegerunt, sicque de sponso Ecclesie et orbi de domino per / Dei gratiam est provisum; quippe ipsius electio ex ordinatione dominorum / amicorum nostrorum dominorum cardinalium potissime facta fuit. Hec autem / [vo]bis potissime intimanda previdimus ut in tanti creatione / presulis ingenti letitia exultetis, unde interim caveatis non / recipientes iniuriam nec alicui facientes.

36.

Empfehlungsschreiben für einen Boten.

Hs. fol. 6^r.

Cum discretum virum . . familiarem nostrum exhibitorum / presentium ad vos super quibusdam negotiis fiducialiter / destinemus, sinceritatem vestram attente requirimus et rogamus quatenus ea / que ex parte nostra familiaris ipse retulerit, velitis credere / et efficaciter adimplere si placet. /

37.

(Ein Rektor der Campagna und Marittima) fordert einen Adligen auf, einige redliche Männer zu ihm zu schicken, um über einen Friedensschluß des Adressaten mit der Stadt Trevico zu beraten (Schluß fehlt).

Hs. fol. 6^v—7^r.

Et si totius provincie Campanie, iurisdictioni nostre sub/iecte, pacem et concordiam ex cordis affectione zelemur, vestram / tamen, ut hactenus estis experti, quietem ex cordis intimis affec/tamus et, ut nostis, laboravimus et institimus iuxta posse ut vos / cum castro Vican(o)²⁷⁾ reducere-mus ad pacis et ad concordie unitatem. / Verum quia non sine culpa vestra et diabolica fraudis astutia huiusmodi / intentionis nostre propositum ad effectum non pervenit optatum, no/bilitatem vestram hor-

²⁶⁾ Gemeint ist wohl julii.

²⁷⁾ Trevico (Prov. Avellino); s. *Rationes decimarum Italiae. Campania ed. M. Inguanez, L. Matteo-Cerasoli u. P. Sella (Studi e testi 97, 1942) S. 357 Nr. 5353, S. 358 Nr. 5363, 5364.*